HOMILIARIUM
Österreich, 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26088
Copyright: Admont, Benediktinerstift



minaris auferre quod habeo uere uis auferre quod intus habeo
s; illud potes auferre & habe. fide si minando abstuleris
& ego pdo & n habebis. Non ego facio quod hortaris. n curo
quod minaris. S; potes seuiendo etiam de patria me expellere. Nocu
isti. si illuc me expuleris ubi dm meum inuenire n possum. For
te ualebis etiam occidere. Ruente carnali domo icolomis habi
tator abscedo. & ad illum cui seruo fide securus exibo. & te
amplius n timeo. Vide enim quod minaris. Vt falsum testimonium
dicam mortem minaris s; corporis. plus ego eum timeo qui dixit.
Os quod mentitur occidit aiam. His diuitiis intus plenus & opimus
talia minanti l meliora respondet. pauper autem n suffert minas.
Simus ergo diuites. & timeamus esse pauperes. Queramus ergo impleri
cor nrm diuitiis ab illo qui uere diues est. & si forte unusquisque
urm intrat in cor suum & illic diuitias istas n inuenit pulset
ad diuitem. fiat an ianuam diuitis illius pius mendicus. ut sit illo
donante diues impletus. Et uere frs mei paupertatem nram eges
tatem nram debemus dno deo nro cfiteri. Hanc cfitebatur pub
licanus. qui nec oculos ad celum audebat leuare. Non enim habe
bat cum qua substantia leuaret oculos suos homo peccator.
Adtendebat ad ianitatem suam. s; plenitudinem dni cogno
scebat. Nouerat se ad fontem uenire sitientem. aridas fau
ces ostendebat. pie ubera iplenda pulsabat. Dne inquit
tundens pectus. oculos deiciens in terram ppicius esto mihi pec
catori. Dico ego quia iam ex aliqua parte diues erat cum ista cogi
tabat & dicebat. Nam si adhuc omnimodo pauper erat. huius cfes
sionis gemmas unde pferebat. S; tamen abundantior &
plenior de templo descendit iustificatus. ille autem phariseus
ad orationem ascendit & nichil rogauit. Ascenderunt inquit